

A historical map of Gaul, likely from a 16th-century edition of Ptolemy's Geographia. The map shows various Roman provinces and cities, with names written in Latin. A semi-transparent black box is overlaid on the center of the map, containing white text. The text reads: 'LYCÉE VAN GOGH', 'BACCALAURÉAT', 'LCA LATIN 2018', and 'TEXTES ÉTUDIÉS'. The map features several rivers and numerous cities, some with small house icons representing settlements. The provinces shown include BURGUNDI, BELGICAE, BOGONTII, CAVARES, and SELTORI. Major cities like Lugdunum, Arelate, and Narbonne are also visible.

LYCÉE VAN GOGH
BACCALAURÉAT
LCA LATIN 2018
TEXTES ÉTUDIÉS

Séquence 1 Interrogations philosophiques: La philosophie, un chemin vers le bonheur	3
Texte 1, Cicéron, De l'amitié.....	3
Texte 2 Sénèque, Faut-il préférer le Dénuement au Luxe.....	5
Texte 3 Sénèque, Que le malheur est un bien!.....	7
Texte 4 Lucrèce éloge d'épicure	9
Texte 5 Lucrèce, Le bonheur du sage épicurien.....	10
Séquence 2 Pétrone, le Satiricon, Le festin de Trimalcion	11
Texte 6 Première rencontre avec Trimalcion.....	11
Texte 7 Entrée dans la demeure de Trimalcion.....	12
Texte 8. Un banquet épicurien ?	13
Texte 9: Une farce bien préparée.....	14
Texte 10. L'entrée d'Habinnas, une parodie du Banquet.....	15
Séquence III: Interrogations scientifiques: Le ciel des Romains	16
Texte 11. Manilius, Astronomica, La Lune témoigne de la sphéricité de la terre.....	16
Texte 12. Pline l'Ancien, Histoire Naturelle, I, , La terre est ronde, c'est une évidence....	17
Texte 13. Lactance, La terre ne peut pas être ronde.	18
Séquence IV: Interrogations politiques: Le mythe de l'âge d'or, idéal politique ou topos littéraire?	19
Texte 14, Ovide, l'âge d'or, Métamorphoses, I, 89 sqq.....	19
Documents complémentaires	20

SÉQUENCE 1 INTERROGATIONS PHILOSOPHIQUES: LA PHILOSOPHIE, UN CHEMIN VERS LE BONHEUR

TEXTE 1, CICÉRON, DE L'AMITIÉ

Le Lélius. De l'amitié est écrit en 44 avant J.-C. alors que Cicéron s'est retiré de la vie politique. Il s'agit d'une sorte de conversation (laquelle avait effectivement eu lieu en 129 avant J.-C.) entre trois personnages : Lélius et ses deux gendres, C. Fannius Strabo et Q. Mucius Scaevola. L'ouvrage ne comporte pas de plan net et n'a en rien l'austérité d'un livre de philosophie. La conversation a lieu quelques jours après la mort de Scipion Émilien avec qui Lélius était lié. Ses gendres lui demandent ce qu'est l'amitié.

1 Non ergo erunt homines deliciis diffuentes audiendi, si quando¹ de amicitia, quam nec usu nec ratione habent cognitam, disputabunt. Nam quis est, pro deorum fidem atque hominum², qui velit³, ut neque diligat quemquam nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis atque in omnium rerum abundantia vivere⁴? Haec enim est tyrannorum vita nimirum⁵, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita : nullus locus amicitiae. Quis enim aut eum diligat⁶ quem metuat aut eum, a quo se metui putet? Coluntur⁷ tamen simulatione dumtaxat ad tempus⁸. Quod si⁹ forte, ut fit plerumque, ceciderunt, tum intellegitur, quam fuerint inopes amicorum. Quod¹⁰ Tarquinius¹¹ dixisse ferunt¹² exultantem, tum se intellexisse quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum jam neutris gratiam referre posset. 15 Quamquam miror, illa superbia et importunitate, si quemquam amicum habere potuit. Atque ut hujus quem dixi mores¹³ veros amicos parare non potuerunt, sic¹⁴ multorum opes praepotentium excludunt amicitias fideles. Non enim solum ipsa Fortuna caeca est, sed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa 20 est; itaque efferuntur fere fastidio et contumacia nec quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.

NOTES

1. quando = aliquando : quelquefois.
2. pro... hominum : formulation exclamative, au nom des dieux et des hommes ! (langue parlée).
3. qui velit : proposition subordonnée relative au subjonctif, à valeur circonstancielle de conséquence ; quel est l'homme tel qu'il veuille.
4. velit : introduit les infinitifs circumfluere et vivere.
5. haec... nimirum : proposition principale ; haec est : voici.
6. diligat : verbe au subjonctif, traduit par un conditionnel.
7. coluntur : tyranni est le sujet non exprimé de ce verbe.
8. dumtaxat ad tempus : seulement pour un temps.
9. quod si : si.
10. quod : relatif de liaison.
11. Il s'agit du dernier roi de Rome, Tarquin le Superbe. Il régna de 534 à 509 avant J.-C.
12. ferunt : introduit l'infinitif dixisse dont dépend intellexisse ; intellexisse introduit la proposition interrogative indirecte quos... habuisset.
13. Il faut construire mores hujus quem dixi.
14. ut... sic : de même que... de même...

deliciae, arum, f pl: les délices, une vie pleine de délices
diffuo, is, ere, fluxi, fluxum: ici s'amollir
usus, us, m: l'usage; le terme s'oppose à ratio, onis, f: la théorie
ut: ici à condition que
diligio, is, ere, lexi, lectum: aimer
circumfluo, is, ere, fluxi, fluxum (omnibus copiis): ici regorger (de richesses de toutes espèces)
nimirum: certes, vraiment, en vérité
caritas, atis, f: la tendresse
stabilis, e: stable, durable
benevolentia, ae, f: l'affection
fiducia, ae, f+ génitif: la confiance en quelque chose
sollicitus, a, um: inquiet, peu sûr
colo, is, ere, colui, cultum: ici respecter, vénérer, honorer
inops, opis: dépourvu
exulans, antis: en exil
tum... cum: alors... quand
neuter, tra, trum: aucun des deux, ni l'un ni l'autre
gratiam refero, fers, ferre, retuli, relatum + datif: payer de retour
importunitas, atis, f: l'insolence
praepotentes, ium, m pl: les gens puissants
complector, aris, ari, complexum: embrasser, étreindre
fastidium, ii, n: le dédain
contumacia, ae, f: l'arrogance
insipiens, entis (adjectif pris substantivement): sot

Après avoir expliqué le proverbe sur la Fortune, Cicéron entend rappeler que le pouvoir et l'argent ne sont pas des moyens sûrs de forger de véritables amitiés.

Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerint moribus, imperio, potestate¹⁵, prosperis rebus immutari, sperni ab iis veteres amicitias, indulgeri¹⁶ novis. Quid autem stultius quam, cum plurimum copiis, facultatibus, opibus possint¹⁷, cetera parare, quae parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa, amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitae, ut ita dicam¹⁸, supellectilem¹⁹? Etenim cetera cum parant, cui parent nesciunt²⁰, nec cujus causa laborent. Ejus enim est istorum quid- que, qui vicit viribus, amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio, ut, etiamsi illa maneant, quae sunt quasi dona Fortunae, tamen vita inculta et deserta ab amicis non possit esse jucunda.

CICÉRON (II^e-I^{er} siècles avant J.-C.), *Lélius. De l'amitié*, XV (extrait), traduction de R. Combès, © Les Belles Lettres (1968).

15. **imperium** : le pouvoir militaire, opposé ici à potestas : le pouvoir civil.

16. **immutari, sperni, indulgeri** : ces trois infinitifs dépendent de videre et ont pour sujet eos, qui antea... moribus.

17. **cum... possint** : proposition subordonnée temporelle causale; possint est employé ici au sens propre du verbe : avoir du pouvoir.

18. **ut ita dicam** : pour ainsi dire.

19. **supellex, lectilis, f** : l'ornement.

20. **nesciunt** : introduit les deux interrogatives indirectes cui... nec cujus causa...

< Lignes 22 à 33 : On peut même voir des gens qui jusque là avaient un caractère sociable changer, quand ils obtiennent un commandement, une magistrature, un succès, se mettre alors à mépriser leurs anciennes amitiés, se donner à de nouvelles. Or quoi de plus stupide, quand on dispose des ressources, des moyens, des influences les plus grandes, que de se procurer tout ce qu'on peut se procurer avec de l'argent, chevaux, domestiques, garde-robe splendide, vaisselle de prix, et de ne pas se procurer les amis qui constituent, pour ainsi dire, le meilleur et le plus beau des cadres à donner à sa vie ? En effet quand ils se procurent tous ces biens, ils ne savent pas à qui ils les procurent ni pour l'amour de qui ils se fatiguent ; car chacun de ces biens appartient à qui l'emporte de force ; chacun au contraire a sur ses amitiés un droit ferme et assuré. Dès lors, même s'il nous reste les biens qui sont en quelque sorte des dons de la Fortune, une vie que les amis abandonnent et désertent ne peut avoir de charme.

TEXTE 2 SÉNÈQUE, FAUT-IL PRÉFÉRER LE DÉNUEMENT AU LUXE

TEXTE 2

Faut-il préférer le dénuement au luxe ?

Le philosophe, pour Sénèque, doit vivre parmi les hommes, mais sans se laisser aller à adopter des conduites totalement extravagantes, comme le faisait Diogène, philosophe cynique, adepte d'un dénuement total.

Seneca Lucilio suo salutem

1 Quod¹ pertinaciter studes et omnibus omissis hoc unum agis,
ut te meliorem cotidie facias, et probo et gaudeo, nec tantum
hortor ut perseveres, sed etiam rogo. Illud autem te admoneo,
ne eorum more qui non proficere sed conspici² cupiunt, facias
5 aliqua quae in habitu tuo aut genere vitae notabilia sint. Aspe-
rum cultum et intonsum caput et neglegentio rem barbam et in-
dictum argento odium et cubile humi positum, et quicquid aliud
ambitionem perversa via³ sequitur, evita. Satis ipsum nomen
philosophiae, etiam si modeste tractetur, invidiosum est: quid si⁴
10 nos hominum consuetudini coeperimus excerpere? Intus omnia
dissimilia sint⁵, frons⁶ populo nostra conveniat⁵. Non splendeat⁷
toga, ne sordeat quidem; non habeamus argentum in quod so-
lidi auri⁸ caelatura descenderit⁹, sed non putemus frugalitatis
indicium¹⁰ auro argentoque caruisse. Id agamus ut meliorem vi-
15 tam sequamur quam vulgus, non ut contrariam: alioquin quos
emendari volumus, fugamus a nobis et avertimus. Illud quoque
efficimus, ut nihil imitari velint nostri¹¹, dum timent ne imitanda
sint omnia. Hoc primum philosophia promittit¹², sensum com-
munem¹³, humanitatem et congregationem: a qua professione
20 dissimilitudo¹⁴ nos separabit.

pertinaciter : avec ténacité, opiniâtement

notabilis, e : singulier, qui se fait remarquer

cultus, us, m : le soin, la recherche, l'élégance

ambitio, onis, f : ici le désir de paraître

modeste : discrètement, sagement, c'est-à-dire sans affectation de mauvais goût

tracto, as, are, avi, atum : traiter une question, l'exposer

excerpo, is, ere, cerpsi, cerptum : séparer, mettre à l'écart ; se

consuetudini hominum : se soustraire aux habitudes du monde

caelatura, ae, f : l'art de ciseler, l'ouvrage de ciselure

descendo, is, ere, scendi, scensum : ici s'incruster, être incrusté

alioquin : du reste

emendo, as, are, avi, atum : corriger, effacer, rectifier

professio, onis, f : la déclaration, l'enseignement

NOTES

1. **quod** : le fait que.

2. **non proficere sed conspici** : allusion à ceux qui, par snobisme, s'autoproclamaient philosophes et adoptaient, pour cela, une tenue débraillée semblable à celle des cyniques.

3. **perversa via** : par un chemin détourné, en usant de procédés contraires à ceux habituellement utilisés.

4. **quid si** : que se passera-t-il si... ?

5. **sint et conveniat** : subjonctifs d'ordre.

6. **frons** : désigne ici l'aspect extérieur en général ; on notera que la construction en asyndète marque une opposition.

7. **non** + subjonctif : emploi familier pour signifier la défense. On utilise *ne* en thème.

8. **solidi auri** : l'or massif.

9. **in quod [...] descenderit** : dans laquelle ait été incrusté.

10. **indicium** : attribut de *caruisse*, infinitif sujet de la proposition infinitive dépendante de *putemus*, avec *esse* sous-entendu.

11. **nostri** : il s'agit des stoïciens ; *nihil nostri* = rien de nous.

12. **promittit** : promet, au sens de se flatter d'assurer à ses disciples.

13. **sensum communem** : le sens commun, ici une manière de penser commune ; *humanitatem* : les sentiments d'humanité ; *congregationem* : l'esprit de société.

14. **dissimilitudo** : le fait de nous différencier.



Après avoir rappelé que le philosophe fait partie intégrante de la cité, Sénèque affirme la nécessité d'adopter un comportement qui sied à sa fonction intellectuelle : la tempérance.

Videamus ne ista, per quae admirationem parare volumus, ridicula et odiosa sint. Nempe propositum nostrum est secundum naturam vivere¹⁵ : hoc contra naturam est, torquere corpus suum et faciles odisse munditias et squalorem appetere et cibis non tantum vilibus uti sed taetris et horridis. Quemadmodum desiderare delicatas res luxuriae est, ita usitatas et non magno¹⁶ parables fugere dementiae¹⁷. Frugalitatem exigit philosophia, non poenam ; potest autem esse non incomperta frugalitas. Hic mihi modus placet : temperetur vita inter bonos mores¹⁸ et publicos ; suspiciant omnes vitam nostram, sed agnoscant¹⁹. « Quid ergo ? eadem faciemus, quae ceteri ? nihil inter nos et illos intererit ? » Plurimum²⁰ : dissimiles esse nos vulgo²¹ sciat, qui inspexerit propius. Qui domum intraverit, nos potius miretur quam suppellectilem nostram. Magnus ille est, qui fictilibus sic utitur quemadmodum argento, nec ille minor est, qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus. Infirmi animi est pati non posse divitias²².

SÉNÈQUE (1^{er} siècle avant J.-C. – 1^{er} siècle après J.-C.), *Lettres à Lucilius*, Livre I, Lettre 5 (extrait).

15. **secundum naturam vivere** : vivre conformément à la nature (maxime dont se réclament les cyniques, les stoïciens et les épicuriens, chaque école lui donnant un sens en accord avec sa doctrine).

16. **non magno** : à peu de frais (ablatif de prix).

17. **luxuriae est, dementiae (est)** : c'est le propre de (génitif).

18. **bonos mores** : les mœurs de l'homme de bien (bonus : l'homme de bien, ici le sage, le philosophe) ; **publicos** : celles du monde.

19. **agnoscant (vitam nostram)** : qu'ils se reconnaissent dans notre vie.

20. **plurimum (intererit)** : il y aura au contraire une grande différence.

21. **vulgo** : datif de vulgus, complément de dissimiles.

22. Il y a ici une apologie personnelle de Sénèque, très riche et amateur d'art.

video, es, ere, vidi, visum ne : veiller à ce que ne pas
nempe : c'est un fait, n'est-ce pas
munditia, ae, f : la propreté
squalor, oris, m : la saleté
taeter, tra, trum : infect
incomptus, a, um : sans apprêt, négligé
suspicio, is, ere, spexi, spectrum : admirer
supellex, lectilis, f : la vaisselle
fictilis, e : fait d'argile, fait avec de la terre

PRÉCIS GRAMMATICAL

BUT > p. 158

SUBJONCTIF > p. 166

TEXTE 3 SÉNÈQUE, QUE LE MALHEUR EST UN BIEN!

TEXTE

3 Le malheur est paradoxalement un bien

Il arrive que les hommes de bien soient touchés par le malheur. Comme est-ce possible si la Providence existe ? Ce serait une épreuve envoyée par les dieux pour rendre les hommes meilleurs, répond Sénèque à un ami qui s'interroge sur le fait que la vertu du sage ne le met visiblement pas à l'abri du malheur.

1 Quare multa bonis viris adversa eveniunt ? Nihil accidere bono viro mali potest : non miscentur contraria. Quemadmodum tot amnes, tantum superne dejectorum imbrium, tanta medicatorum vis fontium non mutant saporem maris, ne remittunt quidem, ita adversarum impetus rerum viri fortis non vertit animum : manet¹ in statu et quicquid evenit in suum colorem trahit² ; est enim omnibus externis potentior. Nec hoc dico : non sentit illa, sed vincit³ et, alioqui quietus placidusque, contra incurrentia attollitur. Omnia adversa exercitationes⁴ putat.

Après avoir évoqué la vertu d'une âme vaillante, Sénèque cherche à illustrer son propos par des exemples.

10 Quis autem, vir modo et erectus ad honesta⁵, non est laboris appetens justis et ad officia cum periculo promptus⁶ ? Cui non industrio⁷ otium poena est ? Athletas videmus, quibus virium cura est, cum fortissimis quibusque configere et exigere ab iis per quos certamini praeparantur ut totis contra ipsos⁸ viribus utantur : caedi se vexarique patiuntur et, si non inveniunt singulos⁹ pares, pluribus simul objiciuntur. Narcet sine adversario virtus ; tunc apparet quanta sit quantumque polleat, cum¹⁰ quid possit patientia ostendit. Scias licet¹¹ idem viris bonis¹² esse faciendum, ut¹³ dura ac difficilia non reformident nec de fato querantur, quicquid accidit boni consulant¹⁴, in bonum vertant. Non quid, sed quemadmodum feras interest.

bonus vir : l'homme de bien
adversus, a, um : qui est opposé ;
res adversae : l'adversité
contrarius, a, um : qui est opposé ;
contraria : les choses contraires
superne : d'en haut
medicatus, a, um : médicinal ; **fons medicatus** : la source d'eau minérale
vis : ici la quantité
remitto, is, ere, misi, missum : ici affaiblir, adoucir (une saveur)
alioqui : d'ailleurs, du reste, en outre
exercitatio, onis, f : ici l'épreuve
vexo, as, are, avi, atum : maltraiter, brutaliser
narceo, es, ere, -, - : être affaibli, engourdi
patientia, ae, f : l'endurance
reformido, as, are, avi, atum :

PRÉCIS GRAMMATICAL
RELATIFS ► p. 154 ■



Détail de *La Grande Partie de chasse* (315-350 après J.-C.), mosaïque (Piazza Armerina, Villa del Casale).

NOTES

- animus** : est sujet de manet ; manet in statu : elle garde sa contenance.
- trahit quicquid evenit in suum colorem** : in marque le point d'aboutissement ; elle communique sa propre couleur à tous les événements.
- sed vincit** : s'oppose à l'ensemble nec hoc... illa.
- exercitationes** : attribut de omnia adversa.
- vir modo** : pourvu qu'il soit un homme ; erectus ad honesta : qui s'est haussé jusqu'à la vertu.
- laboris justis** : une épreuve régulière (ici dans la mesure de ses capacités) ; promptus ad officia : disposé à faire son devoir ; cum periculo : à ses risques et périls.
- cui industrio** : à quel travailleur.
- ipsos** : emploi non classique, à la place du réfléchi se.
- singulos** : un pour chaque combat.
- tunc... cum** : au moment où, quand précisément.
- licet scias** : il faut que tu saches.
- viris bonis** : datif complément adjectif verbal exprimant l'obligation.
- ut** : à savoir que (développe idem).
- boni consulere** : regarder comme une bonne chose.

Donc l'adversité devient, pour l'homme de bien, un moyen d'affirmer ses qualités. Sénèque établit ensuite une comparaison pour expliquer en quoi les dieux n'ont pas tort d'infliger aux hommes l'épreuve du mal.

Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant ? Illi excitari jubent liberos ad studia obeunda mature, feriatibus quoque diebus non patiuntur esse otiosos, et sudorem illis et interdum
25 lacrimas excutiunt ; at matres fovere in sinu, continere in umbra¹⁵ volunt, numquam contristari, numquam flere, numquam laborare. Patrium deus habet adversus bonos viros animum, et illos fortiter amat et : « Operibus, inquit, doloribus, damnis exagitantur, ut verum colligant robur. » Languent per inertiam
30 saginata nec labore tantum, sed motu et ipso sui onere deficiunt. Non fert ullum ictum illaesa felicitas ; at cui adsidua fuit cum incommodis suis rixa callum per injurias duxit¹⁶, nec ulli malo cedit, sed, etiam si cecidit, de genu¹⁷ pugnat.

Sénèque utilise une adresse au lecteur pour guider celui-ci vers la leçon qu'il entend délivrer.

Miraris tu si deus ille bonorum amantissimus, qui illos quam
35 optimos esse atque excellentissimos vult, fortunam illis cum qua exerceantur¹⁸ assignat ? Ego vero non miror si aliquando impetum capit¹⁹ spectandi magnos viros colluctantes cum aliqua calamitate. Nobis interdum voluptati est si adulescens constantis animi²⁰ irruentem feram venabulo exceptit, si leonis incursum inter-
40 ritus pertulit, tantoque hoc spectaculum est gratius quanto id honestior²¹ fecit. Non sunt ista quae possint deorum in se vultum convertere, puerilia et humanae oblectamenta levitatis. Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intentus operi suo²²
45 positus²⁴, utique si et²⁵ provocavit.

SÉNÈQUE (1^{er} siècle avant J.-C. – 1^{er} siècle après J.-C.), *Dialogues, De la Providence*, II, 1-8, traduction de R. Waltz, © Les Belles Lettres (1927).

15. **in umbra** : désigne la vie inactive, entourée de la tendresse maternelle, qui aboutit à un esprit timoré, à la différence de la vie active au grand air.

16. **ducere callum** : façonner son insensibilité, devenir insensible (le parfait marque un fait d'expérience).

17. **de genu** : genou à terre ; de marque le point d'appui.

18. **cum qua exerceantur** : un sort par lequel ils soient éprouvés.

19. **impetum capit** : impetus a ici le sens de violent désir ; capere : concevoir.

20. **constantis animis** : génitif de qualité.

21. **honestior** : est sujet de fecit ; un jeune homme plus distingué, c'est-à-dire d'un plus haut rang.

22. **intentus operi suo** : pourtant attentif à sa tâche.

23. **par** : un couple, une paire ; on constituait des paires de gladiateurs de force sensiblement égale.

24. **compositus** : mis aux prises.

25. **et** : n'est pas une conjonction de coordination ici mais un adverbe qui permet d'insister.

« Lignes 22 à 33 : Ne vois-tu pas quelle différence il y a entre la tendresse d'un père et celle d'une mère ? Le père réveille ses enfants de bonne heure pour les envoyer au travail, ne tolère même pas qu'ils se reposent les jours de fête, fait couler leur sueur, quand ce n'est pas leurs larmes. La mère tout au contraire les couve dans son sein, les garde dans son ombre, défend qu'on les chagrine, qu'on les fasse pleurer, qu'on les fatigue. Dieu a pour les hommes de bien l'âme d'un père et les aime vigoureusement : « Que le travail, dit-il, les souffrances et les privations les tiennent sans cesse en haleine, ainsi s'acquiert la véritable force. » Les animaux qu'on engraisse dans l'inertie s'engourdissent, et ce n'est pas seulement l'effort, mais le mouvement, mais leur propre poids qui les accable. Un bonheur que rien n'a entamé succombe à la moindre atteinte ; mais quand on a à se battre contre des difficultés incessantes, on s'aguerrit dans les épreuves, on résiste à n'importe quels maux, et, vint-on même à tomber, on lutte encore à genoux.

appréhender, reculer de crainte

exerceo, es, ere, cui, citum :

exercer, faire travailler,

ici tourmenter

colluctor, aris, ari, atus sum :

lutter contre

venabulum, i, n : l'épieu de chasse

oblectamentum, i, n : l'amusement, le divertissement

TEXTE 4 LUCRÈCE ÉLOGE D'ÉPICURE

TEXTE

4 L'ÉPICURISME Éloge d'Épicure

Dans son poème *De la nature*, Lucrèce s'adresse à Memmius. Il entend montrer qu'avant Épicure, les hommes étaient plongés dans le malheur, esclaves de la religion qui les maintenait dans un état d'aliénation. Pourtant l'univers peut fonctionner sans les dieux.

- 1 Humana ante oculos foede cum vita jaceret
in terris, oppressa gravi sub religione
quae caput a caeli regionibus ostendebat,
horribili super aspectu mortalibus instans,
5 primum Graius homo¹ mortalis tollere contra
est oculos ausus, primusque obsistere contra ;
quem neque fama deum² nec fulmina nec minitanti
murmure compressit caelum, sed eo magis acrem
inritat³ animi virtutem, effringere ut arta
10 naturae primus portarum claustra cupiret⁴.
Ergo vivida vis animi pervicit, et extra
processit longe flammantia moenia⁵ mundi,
atque omne immensum⁶ peragravit mente animoque,
unde refert nobis victor quid possit oriri,
15 quid nequeat, finita potestas denique cuique
quanam sit ratione atque alte terminus haerens⁷.
Quare religio pedibus subjecta vicissim
obteritur, nos exaequat victoria caelo.

LUCRÈCE (I^{er} siècle avant J.-C.), *De la nature*, Livre I, vers 62-79.



foede : affreusement, misérablement
religio, onis, f : la crainte religieuse,
la religion
Graius, a, um : grec
obsisto, is, ere, stiti, - : s'opposer, faire face
fulmen, inis, n : la foudre
minitor, aris, ari, atus sum : menacer
murmur, is, n : le grondement, le fracas
effringo, is, ere, egi, actum : rompre,
ouvrir en brisant
artus, a, um : serré
claustra, orum, n pl : les verrous
vividus, a, um : vif, plein de force
peragro, as, are, avi, atum : parcourir
haereo, es, ere, haesi, haesum : être fixé à
vicissim : à son tour
obtero, is, ere, trivi, tritum : écraser,
fouler aux pieds
exaequo, as, are, avi, atum : rendre égal

NOTES

1. homo Graius : désigne Épicure.
2. deum = deorum.
3. inritat = inritavit.
4. cupiret = cuperet.
5. flammantia moenia : les remparts enflammés, c'est-à-dire le ciel et les constellations.
6. omne immensum : le tout immense, c'est-à-dire l'univers.
7. quanam ratione : introduit une proposition interrogative indirecte dépendant de refert et dont le sujet est finita potestas et terminus haerens.

PRÉCIS GRAMMATICAL

CIRCONSTANCIELLES ► p. 159 ■
SUBJONCTIF ► p. 166 ■

À gauche : JOHANN SADELER (1550-1600), *Jupiter*, gravure sur cuivre de la série *Planetarum effectus et eorum in signis Zodiaci* (1581).

À droite : CASPAR DAVID FRIEDRICH (1774-1840), *Deux hommes au bord de la mer* (1817), huile sur toile, 51 x 66 cm (Berlin, Nationalgalerie).

TEXTE 5 LUCRÈCE, LE BONHEUR DU SAGE ÉPICURIEN

TEXTE

5

L'ÉPICURISME

L'absence de troubles : le bonheur de l'épicurien

Au début du livre II, Lucrèce fait l'éloge du sage philosophe épicurien : grâce à son mode de vie, il connaît ce qu'on appelle en grec l'ataraxie, c'est-à-dire l'absence de troubles. Le philosophe sait être à l'écoute de la Nature qui ne lui commande qu'une chose : le plaisir.

- 1 Suave¹, mari magno turbantibus aequora ventis,
e terra magnum alterius spectare laborem ;
non quia vexari quemquamst² jucunda voluptas,
sed quibus ipse malis careas³ quia cernere suave est.
- 5 Suave etiam belli certamina magna tueri
per campos instructa tua sine parte pericli⁴.
Sed nihil dulcius est bene quam munita tenere
edita doctrina sapientum templa⁵ serena⁶,
despicere unde queas⁷ alios passimque videre
- 10 errare, atque viam palantis quaerere vitae,
certare ingenio, contendere nobilitate,
noctes atque dies niti praestante labore
ad summas emergere opes rerumque potiri.
O miseras hominum mentes, o pectora caeca !⁸
- 15 Qualibus in tenebris vitae quantisque periculis
degitur hoc aevi quodcumque est ! Nonne videre⁹
nihil aliud sibi naturam latrare, nisi ut qui
corpore sejunctus¹⁰ dolor absit, mentē fruatur
jucundo sensu cura semota metuque ?

turbo, as, are, avi, atum : troubler, agiter
vexo, as, are, avi, atum : secouer,
tourmenter

certamen, inis, n : la lutte, le combat

campus, i, m : la plaine, le champ

instruo, is, ere, struxi, structum :
assembler, disposer

munio, is, ire, ivi, itum : fortifier,
protéger

despicio, is, ere, spexi, spectrum :
regarder d'en haut, mépriser

queo, is, ire, ivi, itum : pouvoir

passim : de tous côtés, partout

palor, aris, ari, atus sum : errer çà
et là, se disperser

nitor, teris, ti, nisus ou nixus sum :
s'appuyer sur, faire des efforts

praestans, antis : qui excelle,
qui l'emporte sur

latro, as, are, avi, atum : aboyer

sejungo, is, ere, junxi, junctum :
disjoindre, désunir

NOTES

1. suave : sous-entendu est.
2. quemquamst = quemquam est.
3. careas : la deuxième personne du singulier du subjonctif équivaut à l'indéfini « on ».
4. pericli = periculi.
5. templa : à traduire par espaces.
6. munita et edita se rapportent à templa ; serena à doctrina.
7. despicere unde queas = unde queas despicere.
8. o... caeca ! accusatifs d'exclamation.
9. nonne videre : comment ne pas voir ? (infinifexclamatif).
10. sejunctus : sous-entendu est.

ÉDOUARD MANET (1832-1883),
Le Déjeuner sur l'herbe (1863),
huile sur toile, 208 x 264 cm
(Paris, Musée d'Orsay).



SÉQUENCE 2 PÉTRONE, LE SATIRICON, LE FESTIN DE TRIMALCION

TEXTE 6 PREMIÈRE RENCONTRE AVEC TRIMALCION

Trimalcion aux bains

[XXVII] 1 Nos interim vestiti errare coepimus, immo jocari magis et circulis accedere, cum subito videmus senem calvum, tunica vestitum russea, inter pueros capillatos ludentem pila. 2 Nec tam pueri nos, quamquam erat operae pretium, ad spectaculum duxerant, quam ipse pater familiae, qui soleatus pila prasina exercebatur. Nec amplius eam repetebat quae terram contigerat, sed follem plenum habebat servus sufficebatque ludentibus. 3 Notavimus etiam res novas: nam duo spadones in diversa parte circuli stabant, quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas, non quidem eas quae inter manus lusu expellente vibrabant, sed eas quae in terram decidebant.

4 Cum has ergo miraremur lautitias, accurrit Menelaus: « Hic est, inquit, apud quem cubitum ponitis, et quidem jam principium cenae videtis ». 5 Et jam non loquebatur Menelaus cum Trimalchio digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti subjecit. 6 Exonerata ille vesica aquam poposcit ad manus, digitosque paululum adpersos in capite pueri tersit.

[XXVIII] 1 Longum erat singula excipere. Itaque intravimus balneum, et sudore calfacti momento temporis ad frigidam eximus. 2 Jam Trimalchio unguento perfusus tergebatur, non linteis, sed palliis ex lana mollissima factis. 3 Tres interim iatraliptae in conspectu ejus Falernum potabant, et cum plurimum rixantes effunderent, Trimalchio hoc suum propinasse dicebat. 4 Hinc involutus coccina gausapa lecticae impositus est praecedentibus phaleratis cursoribus quattuor et chiramaxio, in quo deliciae ejus vehebantur, puer vetulus, lippus, domino Trimalchione deformior. 5 Cum ergo auferretur, ad caput ejus symphoniacus cum minimis tibiis accessit et tanquam in aurem aliquid secreto diceret, toto itinere cantavit.

TEXTE 7 ENTRÉE DANS LA DEMEURE DE TRIMALCION

[XXVIII] ... 6 Sequimur nos admiratione ijam saturi et cum Agamemnone ad januam pervenimus, in cujus poste libellus erat cum hac inscriptione fixus:

7 QVISQVIS SERVVS SINE DOMINICO IVSSV FORAS EXIERIT ACCIPIET PLAGAS CENTVM.

8 In aditu autem ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo, atque in lance argentea pisum purgabat. 9 Super limen autem cavea pendebat aurea, in qua pica varia intrantes salutabat.

[XXIX] 1 Ceterum ego dum omnia stupeo, paene resupinatus crura mea fregi. Ad sinistram enim intrantibus non longe ab ostiarii cella canis ingens, catena vinctus, in pariete erat pictus superque quadrata littera scriptum CAVE CANEM. 2 Et collegae quidem mei riserunt. Ego autem collecto spiritu non destiti totum parietem persequi. 3 Erat autem venalicium titulis pictis [*Budé* pictum], et ipse Trimalchio capillatus caduceum tenebat Minervamque [*Budé* Minervaque] ducente Romam intrabat. 4 Hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, deinceps dispensator factus esset, omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. 5 In deficiente vero jam porticu levatum mento in tribunal excelsum Mercurius rapiebat. 6 Praesto erat Fortuna cornu abundantia copiosa et tres Parcae aurea pensa torquentes. 7 Notavi etiam in porticu gregem cursorum cum magistro se exercentem. 8 Praeterea grande armarium in angulo vidi, in cujus aedicula erant Lares argentei positi Venerisque signum marmoreum et pyxis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius conditam esse dicebant. 9 Interrogare ergo atriensem coepi, quas in medio picturas haberent." Iliada et Odysseian, inquit, ac Laenatis gladiatorium munus."

TEXTE ÉCHO, LA TENTATIVE DE FUITE

72 (...) 7 Cum haec placuissent, ducente per porticum Gitone, ad januam venimus, ubi canis catenarius tanto nos tumultu excepit, ut Ascylos etiam in piscinam ceciderit. Nec non ego quoque ebrius, qui etiam pictum timueram canem, dum natanti opem fero, in eundem gurgitem tractus sum. 8 Servavit nos tamen atriensis, qui interventu suo et canem placavit et nos tremantes extraxit in siccum. 9 At Giton quidem jam dudum servatione acutissima redemerat a cane: quicquid enim a nobis acceperat de cena, latranti sparserat, et ille, avocatus cibo, furorem suppresserat. 10 Ceterum cum algentes utique petissemus ab atriense ut nos extra januam emitteret: « Erras, inquit, si putas te exire hac posse, qua venisti. Nemo unquam convivarum per eandem januam emissus est; alia intrant, alia exeunt. »

[LXXIII] 1 Quid faciamus, homines miserrimi et novi generis labyrintho inclusi, quibus lavari jam coeperat votum esse?

72 (...) Ainsi d'accord, guidés par Giton, nous traversons le vestibule et gagnons la porte. Mais le chien enchaîné nous reçut avec un tel vacarme qu'Ascyte, du coup, tomba dans un vivier. Et moi qui, à jeun, avais eu peur d'un dogue en peinture, aussi ivre maintenant que mon compagnon, en voulant le secourir, je tombe dans le même gouffre. Heureusement, le concierge vint à notre secours : d'un mot, il apaisa la bête, puis nous tira tous les deux du vivier. Déjà Giton s'était délivré du chien par un procédé des plus subtils: il lui avait jeté tout ce que, pendant le repas, nous avions gardé pour lui. Occupé à manger, il avait oublié sa fureur. Cependant, gelés, nous demandons en vain au concierge de nous laisser sortir : « Vous vous trompez, nous dit-il, si vous pensez sortir par où vous êtes entrés. Jamais aucun convive n'est revenu à la même porte : on entre par un côté, on sort par l'autre. »

73. Que faire ? Nous nous trouvions les plus misérables des hommes, enfermés que nous étions dans ce labyrinthe. Après notre aventure, nous ne savions que trop ce que c'est que se laver.

TEXTE 8. UN BANQUET ÉPICURIEN ?

[XXXIV] 1 Jam Trimalchio eadem omnia lusu intermisso poposcerat feceratque potestatem clara voce, siquis nostrum iterum vellet mulsum sumere, cum subito signum symphonia datur et gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur. 2 Ceterum inter tumultum cum forte paropsis excidisset et puer jacentem sustulisset, animadvertit Trimalchio colaphisque objurgari puerum ac proicere rursus paropsidem jussit. 3 Insecutus est supellecticarius [lecticarius], argentumque inter reliqua purgamenta scopis coepit everrere. 4 Subinde intraverunt duo Aethiopes capillati cum pusillis utribus, quales solent esse qui harenam in amphitheatro spargunt, vinumque dederunt [dedere] in manus; aquam enim nemo porrexit. 5 Laudatus propter elegantias dominus: "Aequum, inquit, Mars amat. Itaque jussi suam cuique mensam assignari. Obiter et putidissimi servi minorem nobis aestum frequentia sua facient."

6 Statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: FALERNVM OPIMIANVM ANNORVM CENTVM.

7 Dum titulos perlegimus, complosit Trimalchio manus et: "Eheu, inquit, ergo diutius vivit vinum quam homuncio. Quare tangomenas faciamus. Vita vinum est. Verum Opimianum praesto. Heri non tam bonum posui, et multo honestiores cenabant." 8 Potantibus ergo nobis et accuratissime lautitias mirantibus larvam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli ejus vertebraeque laxatae in omnem partem flecterentur. 9 Hanc cum super mensam semel iterumque abjecisset, et catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalchio adjecit:

10 Eheu nos miseros, quam totus homuncio nil est!

Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.

Ergo vivamus, dum licet esse bene.

TEXTE 9: UNE FARCE BIEN PRÉPARÉE.

[XLIX] 1 Nondum efflaverat omnia, cum repositorium cum sue ingenti mensam occupavit. 2 Mirari nos celeritatem coepimus, et jurare ne gallum quidem gallinaceum tam cito percoqui potuisse, tanto quidem magis, quod longe major nobis porcus videbatur esse, quam paulo ante aper fuerat. 3 Deinde magis magisque Trimalchio intuens eum: "Quid? quid? inquit, 4 porcus hic non est exinteratus? Non mehercules est. Voca, voca cocum in medio." 5 Cum constitisset ad mensam cocus tristis et diceret se oblitum esse exinterare: "Quid, oblitus? Trimalchio exclamat, putes illum piper et cuminum non conjecisse! Despolia!" 6 Non fit mora, despoliatur cocus atque inter duos tortores maestus consistit. Deprecari tamen omnes coeperunt et dicere: "Solet fieri. Rogamus mittas. Postea si fecerit, nemo nostrum pro illo rogabit." 7 Ego crudelissimae severitatis, non potui me tenere, sed inclinatus ad aurem Agamemnonis: "Plane, inquam, hic debet servus esse nequissimus: aliquis oblivisceretur porcum exinterare? Non mehercules illi ignoscerem, si piscem praeterisset." 8 At non Trimalchio, qui relaxato in hilaritatem vultu: "Ergo, inquit, quia tam malae memoriae es, palam nobis illum exintera." Recepta cocus tunica cultrum arripuit, porcique ventrem hinc atque illinc timida manu secuit. 10 Nec mora, ex plagis ponderis inclinatione crescentibus tomacula cum botulis effusa sunt.

[L] 1 Plausum post hoc automatam familia dedit et "Gaio feliciter!" conclamavit. Nec non cocus potione honoratus est, etiam argentea corona poculumque in lance accepit Corinthia.

2 Quam cum Agamemnon propius consideraret, ait Trimalchio: "Solus sum qui vera Corinthea habeam." 3 Exspectabam ut pro reliqua insolentia diceret sibi vasa Corintho afferri. 4 Sed ille melius: "Et forsitan, inquit, quaeris quare solus Corinthea vera possideam: quia scilicet aerarius, a quo emo, Corinthus vocatur. Quid est autem Corintheum, nisi quis Corinthum habeat? 5 Et ne me putetis nesapium esse, valde bene scio, unde primum Corinthea nata sint. Cum Ilium captum est, Hannibal, homo vafer et magnus stelio, omnes statuas aeneas et aureas et argenteas in unum rogam congegessit et eas incendit; factae sunt in unum aera miscellanea. 6 Ita ex hac massa fabri sustulerunt et fecerunt catilla et paropsides <et> statuncula. Sic Corinthea nata sunt, ex omnibus in unum, nec hoc nec illud. 7 Ignoscetis mihi quod dixerō: ego malo mihi vitrea, certe non olunt. Quod si non frangerentur, mallem mihi quam aurum; nunc autem vilia sunt.

TEXTE 10. L'ENTRÉE D'HABINNAS, UNE PARODIE DU BANQUET

[LXV] ...

3 Inter haec triclinii valvas lictor percussit, amictusque veste alba cum ingenti frequentia commissator intravit. 4 Ego majestate conterritus praetorem putabam venisse. Itaque temptavi assurgere et nudos pedes in terram deferre. 5 Risit hanc trepidationem Agamemnon et: « Contine te, inquit, homo stultissime. Habinnas sevir est idemque lapidarius, qui videtur monumenta optime facere. »

6 Recreatus hoc sermone reposui cubitum, Habinnamque intransum cum admiratione ingenti spectabam. 7 Ille autem jam ebrius uxoris suae umeris imposuerat manus, oneratusque aliquot coronis et unguento per frontem in oculos fluente, praetorio loco se posuit, continuoque vinum et caldam poposcit. 8 Delectatus hac Trimalchio hilaritate et ipse capaciorem poposcit scyphum, quaesivitque quomodo acceptus esset. 9 « Omnia, inquit, habuimus praeter te; oculi enim mei hic erant. Et mehercules bene fuit. 10 Scissa lautum novendialem servo suo misello faciebat, quem mortuum manu miserat. Et, puto, cum vicensimariis magnam mantissam habet; quinquaginta enim millibus aestimant mortuum. 11 Sed tamen suaviter fuit, etiam si coacti sumus dimidias potiones super ossucula ejus effundere. »

SÉQUENCE III: INTERROGATIONS SCIENTIFIQUES: LE CIEL DES ROMAINS

TEXTE 11. MANILIUS, ASTRONOMICA, LA LUNE TÉMOIGNE
DE LA SPHÉRICITÉ DE LA TERRE

Te testem dat, luna, sui glomeraminis orbis ;
Quæ cum mersa nigris per noctem deficis umbris,
Non omnes pariter confundis sidere gentes:
Sed prius eoæ quærunt tua lumina terræ;
5 Post, medio subiecta polo quæcumque feruntur ;
Ultima ad hesperios infectis volveris alis
Seraque in extremis quatiuntur gentibus æra.
Quod si plana foret tellus, semel orta per omnem
Deficeret, pariter toti miserabilis orbi.
10 Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
His modo, post illis adparet Delia terris,
Exoriens simul atque cadens ; quia fertur in orbem
Ventris et acclivis pariter declivia jungit,
Atque alios superat gyros, aliosque relinquit.
15 Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.
Hanc circum variae gentes hominum atque ferarum
Aeriaeque colunt volucres. Pars ejus ad Arctos
Eminet , austrinis pars est habitabilis oris,
Sub pedibusque jacet nostris, supraque videtur
20 Ipsa sibi, fallente solo declivia longa,
Et pariter surgente viā pariterque cadente.

Marcus Manilius

TEXTE 12. PLINE L'ANCIEN, HISTOIRE NATURELLE, I, , LA TERRE EST RONDE, C'EST UNE ÉVIDENCE

[4] furor est profecto, furor egredi ex [mundo] et, tamquam interna eius cuncta plane iam nota sint, ita scrutari externa, quasi vero mensuram ullius rei possit agere qui sui nesciat, aut mens hominis videre quae mundus ipse non capiat.

5 [5] Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse nomen in primis et consensus in eo mortalium orbem appellantium, sed et argumenta rerum docent, non solum quia talis figura omnibus sui partibus uergit in sese ac sibi ipsa toleranda est seque includit et
10 continet nullarum egens compagium nec finem aut initium ullis sui partibus sentiens, nec quia ad motum, quo subinde uerti mox adparebit, talis aptissima est, sed oculorum quoque probatione, quod conuexus mediusque quacumque cernatur, cum id accidere in alia non possit figura.

[6] Hanc ergo formam eius aeterno et inrequieto ambitu, inenarrabili
15 celeritate, uiginti quattuor horarum spatio circumagi solis exortus et occasus haud dubium reliquere. an sit inmensus et ideo sensum aurium excedens tantae molis rotatae uertigine adsidua sonitus, non equidem facile dixerim, non, Hercule, magis quam circumactorum simul tinnitus siderum suosque uoluentium orbis an dulcis quidam et incredibili
20 suauitate concentus¹. nobis qui intus agimus iuxta diebus noctibusque tacitus labitur mundus.

1 (1) Allusion à la théorie de l'harmonie des sphères du philosophe Pythagore (environ 530 avant JC) qui place dans le nombre l'essence de toutes choses : art, musique, sciences, astronomie.

TEXTE 13. LACTANCE, LA TERRE NE PEUT PAS ÊTRE RONDE.

Quid ? Illi, qui esse contrarios vestigiis nostris Antipodas putant, num aliquid loquuntur? aut est quisquam tam ineptus, qui credat esse homines, quorum vestigia sint superiora, quam capita? aut ibi, quae apud nos jacent, inversa pendere? fruges et arbores deorsum versus
5 crescere? pluvias, et nives, et grandinem sursum versus cadere in terram? Et miratur aliquis, hortos pensiles inter septem mira narrari, cum philosophi et agros, et maria, et urbes, et montes pensiles faciant? [...]

Quod si quaeras ab iis, qui haec portenta defendunt, quomodo non cadunt omnia in inferiorem illam coeli partem ; respondent, hanc
10 rerum esse naturam, ut pondera in medium ferantur, et ad medium connexa sint omnia, sicut radios videmus in rotā ; quae autem levia sunt, ut nebula, fumus, ignis, a medio deferantur, ut coelum petant.

Quid dicam de iis nescio, qui, cum semel aberraverint, constanter in stultitia perseverant, et vanis vana defendunt ; nisi quod eos interdum
15 puto, aut joci causā philosophari, aut prudentes et scios mendacia defendenda suscipere, quasi ut ingenia sua in malis rebus exerçant, vel ostendant. At ego multis argumentis probare possem, nullo modo fieri posse, ut coelum terra sit inferius, nisi et liber jam concludendus esset, et adhuc aliqua restarent, quae magis sunt praesenti operi necessaria.

Lactance (250 - 325), *Institutions divines*, 3, 24

SÉQUENCE IV: INTERROGATIONS POLITIQUES: LE MYTHE DE L'ÂGE D'OR, IDÉAL POLITIQUE OU TOPOS LITTÉRAIRE?

TEXTE 14, OVIDE, L'ÂGE D'OR, MÉTAMORPHOSES, I, 89
SQQ

Aurea prima sata est aetas, quae, uindice nullo¹,
sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.
poena metusque aberant, nec uerba minantia fixo
aere² legebantur, nec supplex turba timebat
5 iudicis ora³ sui, sed erant⁴ sine uindice tuti.
Nondum caesa suis, peregrinum ut uiseret orbem,
montibus in liquidas pinus descenderat undas,
nullaque mortales praeter sua litora norant ;
nondum praecipites cingebant oppida fossae ;
10 non tuba directi, non aeris⁵ cornua flexi,
non galeae, non ensis erat : sine militis usu
mollia securae peragebant otia gentes.

Ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis
saucia uomeribus per se dabat omnia tellus,
15 contentique cibus nullo cogente creatis
arbuteos fetus montanaque fraga legebant⁶
cornaque et in duris haerentia mora rubetis
et quae deciderant patula Iouis arbore⁷ glandes.
Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris
20 mulcebant zephyri natos sine semine flores ;
mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
nec renouatus ager grauidis canebat aristis ;
flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
flauaque de uiridi stillabant ilice mella.

¹ *uindice nullo* : sans personne pour punir

² *fixo aere* : sur des tables de bronze affichées en public (et où sont gravées les lois)

³ *ora* : le visage

⁴ *erant <homines>*

⁵ *aeris* : en cuivre, a pour épithètes à la fois *directi* et *flexi*

⁶ *legebant <homines>* : ils cueillaient ; attention au sens de *cornua* et *mora* !

⁷ *Iouis arbore* : l'arbre de Jupiter, c'est-à-dire le chêne

DOCUMENTS COMPLÉMENTAIRES

